

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicitia br  
cum fonte primo

Vera amicitia est quam non spes, non timor, ←  
non utilitatis sue cura auellit.

Multos tibi dabo qui non amicis sed amicitia  
caruerunt; hoc non potest accidere  
cum animos in societatem honesta cupiendi  
par uoluntas trahit.

Sciunt enim ipsos omnia habere communia  
et quidem magis aduersa.

Seneca ibidem (III. epistola).

→ Cuperem itaque tecum communicare  
tam subitam mutationem mei; tunc  
amicitiae nostrae certiores fiduciam habere  
coepissem, illius  
← verae quam non spes, non timor,  
non utilitatis suae cura diuellit,  
illius cum qua homines moriuntur,  
pro qua moriuntur.  
Multos tibi dabo qui non amico sed amicitia  
caruerint: hoc non potest accidere  
cum animos in societatem honesta cupiendi  
par uoluntas trahit.  
Quidni non possit?  
sciunt enim ipsos omnia habere communia,  
et quidem magis aduersa.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 6.2-3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.10,  
ll.11-19).